

Ex 4678

Handwritten text in a cursive script, likely a title or author name, written vertically on the aged, yellowish-brown paper cover of the book. The text is difficult to decipher due to the cursive style and the wear of the paper.

BX1749
.V5
1728-1743
v.4
c.1

R. P. M.
FR. EMMANUELIS
DE VILLARROEL
PINTIANI,
MONACHI BENEDICTINI

LAURENSANENSIS;

46385

THEOLOGIE DOCTORIS,

SACRARUM LITERARUM INTERPRETIS,

A C

CONGREGATIONIS

VALLEIS-OLETANÆ

CONCIONATORIS GENERALIS,

IN SACRAS

AUTOLOGIAS,

CUM ILLUSTRATIONIBUS

PANEGYRICIS, ANAGOGICIS, TROPOLOGICIS,

ET POLITICIS,

COMMENTARIORUM

LITERALIUM

TOMUS QUARTUS

PRIMA EDITIO.

CUM PRIVILEGIO.

MATRITI: Apud D. Gabrielem del Barrio, Regiæ Capellæ Typographum.
Ann. M. DCC. XXVIII.

UNIVERSIDAD A. N. O. LEON. LE. N. O. LEON.
CAPILLA ALFONSO DE BURGOS. CA. UNI. LEON.
MICROFILMADO 29/2/83



Co. hōis Doce. Juan. c. Antonū Chibague, et Tobiasian.




1080045495

BX1749

-V5

1728-1743

v.4



PERILLUSTRI, AC RR. P. D. F.
BENEDICTO PAÑELLES
ET ESCARDÓ

EX ABBATE S. FELICIS DE GUIXOLS, PRIMO SYNEDRIJ, SENATUSQUE
ELECTORE ET DIFFINITORE,

TOTIUS BENEDICTINÆ CONGREGATIONIS
HISPANO-ANGLICÆ

GENERALI ARCHIMANDRITÆ

AC MAGISTRO GENERALI,

Fr. Emmanuel de Villaruel. S. P. V.



UIQUI Aristarchi, seu potius plausu vivacissi-
mi ardeliones, facti & infecti obliqua crisi pol-
lentes, sucti & auritos suspendere naso, ist-
hunc voluminis arbitrati sunt Tomum, vel
esse elephantis pro foetu ac partu cunctabun-
dum abortum, vel ante vitam latenter infi-
diosè suffocatum, vel tenebris coram luce se-
pultum, candidum nigredine, nitidum sine

splendore; quasi mirum, turbinis insolentiâ furentis, iactatos flores
iacere ad pedem stipitis

(Meritò Typhonis habentur

Horrende sedes, quem tellus seiva profudit;

Cùm bellum cælo peperit: nec matre minores

Extiterunt partus)

Maneteque simul sub vocali, eloquenti silentio, donec transiret veloc
temporis iniquitas, evanesceret commota nymbis procellosa tempe-
stas, dum conversa in gratulationem, & iniuria in votum, erraverunt, &
locuti sunt falsa. Decidant ergo à cogitationibus suis: quippe cogitatio-
nes sine intellectu. Altiora latent. Præsciebat herclè suam insperatam
felicitatem. Prælagiebat, nescio quo, futurum hyperaspistem. Hæsit
profectò. Quippin? Et gaudet, quia (RR. summe Præs(es) servabatur tibi,
quod alio in tempore difficilè servaretur: exultatque bono optabili, op-

Manil. 22
Athen. cap.
16. v. 34.

Plin. Paneg.
Trajan.

tatoque felicitatis omine; quia tuo dicandus numini, ac illustrandus nomine. In me utique argumentum observantiae, in te pollet prorsum auctoramentum beneficij: iam enim sub auspicijs solida auctoritatis, sine auctoritatis embolij, ob urbanitatis aulicæ venustissimam speciem, varijs coloribus preciosissimum velamen; quasi non esset faustæ fortis pignus commendabile valdè, *ad usum secundorum per adversa venisse*. Ad te ergo, & voluptè, dirigitur, ut dirigatur. *Facile est, ventis dare vela secundis*. Ambitio huiusmodi non audacia, sed eucleâ, & honorifica; quin sint isthæc, quæ munera, amoris signa, gratitudinis nota, quoniam tributa. Perperam offeruntur, quæ iurè oblata debentur. Uteriùs ambitus, & cordis stimulus. Egeo, ut quem alijs in lucubrationibus experior gratis præconem; modò patrociniò inveniàm pervigilem tutelarem. Uterque dignamur. Necesse est maximè, ut Tu me, simulque iudicium tuum officiosè tuearis; ne iudicio iudicij examine refrageris.

Unde priùs surget mihi laudibus ordo? Quosvè canam titulos? Nobilitatis? Habitæ, avitæ splendoris originis? Nomina sublimia & magna tuum obscurat illustrans lumine nomen.

Quod si nobilitas cunctis exordia pandit

Laudibus, atque omnes redeant in semina causas;

Quis venerabilior sanguis? Quæ maior origo?

Insignia familiæ nitent, dum inter sublimiores Belgij, Cataloniaeque cognomina clarent; qua tanquam ex Troiano equo, tot tantique egressi nominatissimi horoës, in gloriam orbis. Evexit ad æthera virtus.

Quos nec ab ingenio, sæclum hoc nec ab arte minores

Protulit, aut labor ad meritos evexit honores.

Illi ex illa fuere, qui cum alijs octo, comites Rogeri, seu Ogeri Catalonia, constituerunt Baronias novem, sive Vicecomitatus, à quibus nobilitas Principatus emanavit: ita splendida, & antiqua, ut non tantum ibi, sed celebris inter totius eminentiores Hispaniæ. Eminent fanè *Escarò*. Quidni?

Nec novit mutare vices, sed fixus in omnes

Cognatos procedit honos. Quemcunque requires

Hac de stirpe virum, certum est de Consule nasci.

Per fasces numerantur avi: semperque renata

Nobilitate virent, & prolem fata sequuntur,

Continuum simili servantia lege tenorem.

Quæ.

Quænam è decoratis, claris Cataloniae familijs, quæ non huius gloriatur illustrissimo sanguine?

Quid quòd de splendore singulis civibus gloria, utraque si provincia & invida & æmula & gaudibunda? Gestorum fama plus cordibus, quam insignibus impressa: præstatque stemmatum claritas, nevè operis famam possit delere vetustas. Qualis avus, qualis proavus, quantus atavus! Quantus & qualis pater!

Multa viri virtus animo, multusque recurvat

Gentis honos: hærent infixi pectore vultus.

Quem Marte, togæque

Præcipuum, non bella magis finita triumphis

Resque domi gesta, properataque gloria rerum

In sidus vertere novum, stellamque comantem,

Quam sua progenies.

In tota ergo fortuna, ex tantis maioribus (Reverendissime) ortus es; quorum olim & nunc, in pace, in bello, in otio, in negotio, domi, forisque, consilio, ac ope patria est salubriter usa. Genus dedit naturæ; sed naturam vicit genus. Genus fortuna concessit; sed præclaris, sed decoris, singulis singulos superantibus, vario honore, novæque nobilitate divitiibus.

At quorsum nobilitas? Nulla, si sola. *Plus sonat, quàm valet. Non facit nobilem* (quo fit non factus, sed ortus) *atrium plenum fumosis imaginibus. Nemo in nostram gloriam vixit; nec quod ante nos fuit, nostrum est.* Cadunt bona nostra nobiscum, quum nihil sit eius, qui nullus est. Misericum est, esse aliquis & nullus. Generatio, degeneri prole, omninò ablata: cuius magis notha nobilitas, quàm nota; deficiente prorsus formâ in decorosa præstantissima materia. Tunc ergo nec clarum nomen avorum: nomina ac simulachra vana, quia sine nomine. Marcent tituli & imagines, si solùm tituli, ostentationis apparatus, quin notescat, cuius est imago hæc & superscriptio. Decus fato functis præclara gesta, ex quibus nomina magna. Felices hæredes: sed plenè non sunt felices, ni sint, uti genus, virtutibus eminentes, quæc Maioribus maiores. Nobilitas amplior ab animo, quàm à genere. Mens tua, ut sublimior, supra nobile genus, conveniens animo nobiliorum studio. *Non inferiora secutus, haud finis ingenium nobilitate premi: & tuis & nobis, gloriæ aviditate punctus, dotibus potissimè clarus & præclarus, geminas animi nobilitate genus. Ingenium tuum in magna pronum, sine magnis irrequictum, magnos*

Virgill. 4.
Æneid. v. 3.

Ovid. 15.
Met. Fab.
ult.

Senec. Epist.
40. & 45.

Virg. 6. Æn.
v. 170. Ovid.
2. de Pont.
Eleg. 3. v. 2.
& 1. Eleg. 2.
v. 2.

Idem ibid.

Manil. 3. c.
1. v. 25.

Claudian.
Seren. v. 34.

Æneus
Teuc.

Petr. To-
mich.
Zurit. 1. p.
l. x. cap. 3.
& 16. & Pa-
dill. in No-
bil. lib. 3. c.
1. part. 4.

Claud. Pro-
bin. a. v. 11.

Senec. Oe-
dip. v. 103.

Manil. 2.
cap. 16. v.
41.

*Et sanguine Et factis, non solum æquat; sed etiam superat:
Atque resurgenti sequitur vestigia cælo:
Proxima neve ipsi cedat, qui surgitur astro;
Spe melior, palmamque petens, victrixque priorum,
Altius insurgit, summæ comes addita fini,
Cui titulus Felix: virtutis nomine nomen.*

Imitatis imitandos, quorum gestis insitit rutilè iubar. Quia serò natus,
non es illis in exemplar. Ab illis eximie inter proprios decoratus, à
te inter universos sublimaris virtutibus,

Ovid. 1. de
Pont. Eleg.
9. v. 17.

Iucan. ad
Pisſon. v. 5.

*—Memor magni generis, virtute quod augeſ.
Hinc tua me virtus rapit, Et miranda per omnes
Vita modos: quæ si deesset tibi fortè creato
Nobilitas; eadem pro nobilitate fuisset.*

Tota hæccine à natura supellex, nescio quo studio, seu blandiminis
obsequio; ut tui recordareris, quàm tuorum oblivisceris: etenim et-
si magnum, quia totum; non magnum, quòd haberes, sed quòd exue-
res, vicissim Cucullà Benedictinà illustrante & illustratà. Ab unguicu-
lis futurus religiositatis forma, dum adhuc ætate tenerà virtutum ru-
tilabant specimina. Susceptus à Religione, adoptaris à Minerva (in
cuius aulis ingenio pollens, florens, eminens) inter implexa, diffici-
lia, ac glomerata, *clavis in lingua venit*, Platonis suavitate, Aristot-
telis acumine.

Sophocl.
Oedip. in Co-
lon. v. 1111.

Claud.
Manil. pa-
neg. v. 252.

*Qualem te legimus, teneri primordia mundi
Scribentem, aut partes animæ.*

Dexteritate utique summà, in argumentis quasi vera diceret; in pro-
pugnatione uti falsa præcognoscens: & sumis & abijcis, & amplificas,
& extenuas, quasi præstigijs, mirà terminorum transformatione,
queis solidatur verum, & falsum cognitum, sed tamen allicitivum.

Manil. 4. c.
2. v. 58.
Ang. Poli-
tican. lib. 9.
Epist. 4.
Dornav. in
Sapient. Am
pb. part. 2.
Senec. 1. de
Ira, cap. 16.

*Tanta est Et virtus, Et cum virtute potestas. Quid serò à Minerva pro-
veritate pugna, dum ita ioci? Admirantur brevitatem Syli, factam
rerum multarum atque magnarum: sub expositis verbis remotissimas
sententias, plenas questionum, plenas solutionum; queis apti sumus, ap-
primèque instructi, ambiguitates tollere, scrupos gryphosque diluere,
involuta volvere, flexaminis syllogismis Et infirmare falsa, Et corro-
borare vera.*

Ex his, Palladis balthæo non deposito, ad nova castra traheris: à
scientia nimirum, ad scientiarum summam, in regimine multorum
servire moribus; quo exerceretur & notesceret animus, ac in virga
di-

directionis claresceret vultus legis. Expectationi respondes, omni-
bus ad eius tenorem numeris; cunctorum complacentià, sed in pa-
tria. *Audivimus te omne manus Consulis obiisse; sed audivimus. Dice-
ceris iustissimus, humanissimus, patientissimus fuisse; sed diceris. Equum
est, aliquando nos iudicio nostro, nostris oculis, non famæ semper Et ra-
moribus credere. Quousquè absentes de absente gaudebimus? Liceat expe-
riri, an nunc una eademque res sit, bonus Consul Et bonus Princeps. In-
signe prorsum, vincere famam virtutibus.*

Plin. Pantg.
Troian.

*Viget adhuc, completque vagis sermonibus aures
Gloria fusa tui: quam nec ventura videbunt
Lustra, nec ignota rapiet sub nube vetustas.*

Claud. Prob
v. 31.

Ubique gaudium, paremque clamorem audivimus: equidem tam
æqualiter ab omnibus, quàm omnibus venisti, electus in fastigia di-
gnitatis instar Solis; ut qui tui eras, omnibus fieres. Nihil profectò
interest inter privatum & Præsidem primum, quàm quòd plures
amas, ut à pluribus ameris: & amaris. Quid præsentia, si blandieba-
tur memoria? *Nulla virtus latet, maximè cui virtus contigit ante
diem. Non error quod omnibus placuit: nec herclè tantoperè cunctis
factum placeret, nisi placuisset, antequàm fieret. Non fortunæ, sed
meritorum virtus & munus, placuisse omnibus. Iudicatus es non pri-
vato tantum testimonio, sed totius Senatus sacramento, quippe quòd
inventus dignior non fuit, cui præcipuè Religionis crederetur, mini-
sterium.*

Senec. Epist.
79.
Ovid. 1. 4
Art. v. 184
Plin. ubi
sup.

Solin. cap. 11

*Iudicium virtutis erat. Per castra, per urbes
Tu legeris: tantosque viros, quos obtulit orbis,
Intra consilium vincis, sensumque legentis.
Felix arbitrij Princeps, qui congrua mundo
Iudicat, Et primus censet, quod cernimus omnes.*

Claud. Silv.
1. v. 74.

Non est inventus similis, nec quisquam ex agmine tanto. Splendore
astruis: magnam igitur, quam suscepisti dignitatem, formasti susce-
ptione maiorem. Intuendum, cuius interest. Illa eminet, tu flores in
illa, sed non per illam. Non dignitate spectabilis, sed meritis. Non
quidem rapuerunt oculos fulgura nitentis muneris, sed electi ad illud
electissimæ dotes. *Quotidie maior & angustior es, & vidèris admi-
rabilior Et melior. Scimus quanta tibi solum debeat, & quomodo
eligentium complacentia sibi gratulans solvat. Adest petitus votis.
Nec mirum, quòd appareret dignitate clarior, privato in limine Præ-
or. Subest nã celestibus Signis Sol, cuius sphaera, uti brevior, infra
est;*

Virg. 4. Æn.
v. 378.

Plin. ubi sup.
Sen. Oedip.
quòd sup.
Manil. c. 14
v. 212.
Sacrobosc.
Sphaer. c. 24

est: Solque regit, ampliolem cunctis occupans dignitatem; quia vel subditus, habet maiorem ad regimen splendorem. Quid cætera fulgentia in sphaera Religionis augustæ lucidè astra? Quid,

Ovid. 2. de
Pont. Eleg.
3. v. 31.

*Quorum tu Princeps? Nec enim comes esse, sed auctor,
Nec petere exemplam, sed dare dignus eras.*

Ita es elatus, uti ante assumptionem suffragatione meritorum electus; ut viam cæteris æmulatione aperiant, & qui ingrediuntur in hoc munus, lumen videant. Occurrunt illicò officia & præsidis & patris ex exercitio, sine utriusque ostentatione muneris, neque tædio affectationis.

*Sanctè Pater patriæ, tibi plebs, tibi curia nomen
Hoc dedit, hoc dedimus nos tibi nomen eques.*

*Res tamen antè dedit: serò quoque vera tulisti
Nomina: iam pridem tu pater huius eras;*

Ovid. 2.
Fast. v. 127.

Plin. ubi
sup.

Iam enim completa vota. Agnoscis & agnosceris nec facilis, nec difficilis: unde nec severa maicestas, nec fastidiosa benignitas, neque colorata comitas. Gaudes potentiâ flecti. Nihil est, quod non in pectore magnum. Animus tuus

*—Semper nova, grandia semper
Diligit, & celeri degustat singula sensa.
Nil timet à tergo. Vigilantibus undique curis
Nocte dieque patet, lenis, facilisque moveri
Sapplicibus, mediâque tamen molissimus irâ:
Nil negat; & sese vel non poscentibus offert:
Quodlibet ingenio subigit, traditque fruendum.*

Claud. 1.
Eutrop. v.
360.

Audis & audiris, haustâ simul cum voce veneratione. Audis, nec loquentem respuis: nec cadit, nec surgit fides: lentè examinas, integerimè libras: siccinæque cuncta in pondere & mensura sunt, non habens diversa pondera, neque dans pondus ventis, qui sine pondere; ut constet in statera iudicij quid syncerum, quid fucatum. Fulges enim gratiæ & æquitatis speculum. Agnoscis lenienda, quæ exterrant: compescenda, quæ irritant: discutienda, quæ fallunt. En ars artium, cuius in te demiramur exemplum. Dicenda tacendaque calles. Horologij adinstar, occulto motu, & indice manu, signas ex actione prudentiam, quippe ad horam: nec pungis in acerbitem, quippe per indicem. Sic indisposita disponis, disposita geris. Scis, quo Religio non solum gaudet, sed & superbit, non blandè, sed verè vivas deducere voces. Eximium prævenire, quæ fieri posse non credis; vel credis

Senec. Epist.
40.

posse. Nullus unquam superiorum aut dicenda pressius cogitavit, aut consultius cogitata disposuit, aut disposita maturius expedivit. Ita prudenter magna revocantur ad usus.

Auson. Paneg.
Gratian.

Non summæ felicitatis (nec infimæ) quantum velle, posse; sed tantum quæ à legibus posse velle: Nemesis non aliter,

*Ut tot pugnantes regeret concordia causas,
Exceptum à summa ne quid ratione maneret.*

Manil. 3. c.
1. v. 43.

In te iustitia & pax osculatae sunt. Non super illos extolleris, quorum encomium, odium publicum in bonos: etenim non est bonitas pessimis esse meliorem; sed super illos, quos habuisti, & habuimus eminentes, ut superares & in eodem cacumine elati muneris. Vincis radorum maiestate, quod casum fulmine.

Plin. ubi
sup.
Senec. Epist.
79.

—Sic Hercule quondam

*Sustentante pollum, melius librata pependit
Machina, nec dubijs titubavit Signifer astris.*

Claud. 1.
Siliic. v. 143

Clave enim prudentiæ clausa est ianua templi Iani: nec strepunt bella, nec contentionum nomina, nec fulgura, nec voces, nec tonitrua. Appares iris in circuitu sedis. Clares tanquam post nubila Phœbus.

*Iura silent, mutæque iacent sine vindice leges.
Nec non & fidei tutelam vindicat ipsam,
Pectoris & pondus: tanta est in sede potestas.*

Ovid. ad
Liv. v. 187.
Manil. 2. c.
16. v. 114.
Virgil. 6.
Æn. 662.
Claud. Min.
presin. Not.
Plin.

Virtutem ad verum trahis, comitijque & Phœbo, imò & Iove digna locutus: & brevia & gravia. Multa providè, multa maturè, multa disertè. Ut emineant omnia, cuncta sunt paria. Non acerba severitas, quam individua comitatur morum gravitas, circumspeditionem festivitas, humanitatem maicestas, repulsam gratia, supercilium innata benevolentia; mirantibus oculis totius Religionis magistratus auctoramen, simulque patris libentissimum amorem. Est modus in rebus: regitque moderamine modus; dum potestas ornatur vitæ & scientiâ, iustitiâ & gratiâ. Hinc inde thronum iudicij fulciunt virtutes, atque conciliant cordium furtum ab ubere mores. In medio residens complecteris omnia Phœbus: igitur in consilij sicut nuda veritas, nuda ratio; in usu dexteritas, in observantiam zelus, in scitis prudentia, in custodia vigilantia, ad discrimina vigilia, cum mensura pietas, ac sine mensura charitas. Memini, tunc verissimè iudicari, meruerit quis honorem, necne; cum adeptus est. Dicunt corda, quid sub vello pectoris, in ipsa potestate dignitatis. Si vita publica sine censura non est, quia confinia vitiorum iuxta virtutes; conceptu dotium lu-

Plin. Paneg.
Traian.

cet sine censura tota virtutum vel in honore concordia. Quod maxime volui,

— *Positis pro nomine signis,
Dicitur es. Ignoscas laudibus ipse tuis.*

Tua te bona cognita produnt. Quod es, appares. Si laudem tenuis, ut es, & cognosceris; ne sis. In te laus, in me laudatio. A me exprimeris voce, à te munere, dignus laude, decore, cultu propter gloriae claritatem; plusque, quippe decori praestitisti virtutem. *Gloria multorum iudicijs constat, claritas bonorum.* Inde decor, & bonis & multis. *Parum est dici, dum obijceris dignus admirari.* Specimina nati in regimē edidisti, & praecleara: in dies mirabimur praecleariora in bonum publicum, atque religionis commodum; quo pretiosis lapillis sternes viam, ad aeternam nominis claritudine famam.

Perge ò libelle, perge,

Et dic hero meo, ac tuo,

Ave atque salve plurimum.

Quis iste sit nobis, audi.

*Stirpis novator Annie,**

Paribusque comit insulis

Aniciorum stemmata.

Quem nemo fando dixerit;

Qui non prius laudaverit,

Perge ò libelle, & utere

Felicitate interminà.

En pauca de pluribus, minima de maximis, quae in decus nostrum continet vita regentis. Feliciter utere. Vive diu, & vale. *I decus, i, nostrum*: intende, prosperè procede, captisque cordibus regna.

Ovid. 4.
Triß. Eleg.
4. v. 7.

Senec. Epist.
102.
Sophoc. quo
supr. vers.
1218.

Auson.
Epist. 3.

* Ex qua S.
Benedicti.
Arnol. Uvid
de Anicia fa
mil. Stemmat.
2. grad. 4.

Virgil. 6.
Aen. v. 546.

CEN.

CENSURA R. A. P. M. FR. JOSEPHI BARNUEVO
Congregationis S. Benedicti Hispaniarum Generalis Magistri, olim electi Abbatis Le-
rezensis, post RR. Generali Iudicis associati, atque abbatis Hyrachensis, &
Regni Navarrae pro Scata Ecclesiastico quondam Deputati; demum
Monasterij Parochialis S. Martini Matritensis Abbatis
& Parochi &c.

UT muneri Censoris à RR. P. N. M. F. Benedicto Pañelles, Generalis Congregationis Benedi-
ctinae Hispaniarum, mihi iniuncto satisfacerem; quā potui animi intentione, non sine ingenti
voluptatis fenore, legi *Quartum Tomum Commentariorum Literarum in Sacras Tautologias*, va-
rijs illustrationibus conspicuum, Auctore R. A. P. M. Fr. Emmanuele de Villaruel Benedictino
Laurentanensi, Doctore Theologo, Sacrarum Literarum Interprete, eiusdem Congregationis
Generali Concioneatore, Archiepiscopatus Toletani Synodali Examinatore &c. Et licet iuxta diser-
ti Cordubensis sententiam, *familiariter domestica accipiamus, & semper iudicio favor obisset*, li-
berabit me ab hoc periculo relaxandae Censurae, Actoris & suorum praecedentium Operum fama.
Tria enim edita Volumina ita eruditorum non solum approbationem, sed laudem, sed plausum
merere; sic ipsorum exemplaria avidè quaesita, sic celeriter dividendia; ut ferè necessitatem Au-
ctori fecerint ea quamprimum recudendi: unde Quartus hic foetus, qui iam publicae luci maturus,
priorum fortunam quaerit & ambit, domestico laudatore non eget: cum laudem ab omni affectu
liberam, & soli veritati militantem, in Auctoris nomine habeat assertam.

Opus est, cum Plinio loquar, *pulchrum, validum, acre, sublime, varium, elegans, purum,*
figuratum, & cum magna Auctoris laude diffusum. Si enim pulchriora sunt, non quae magis fur-
cata, & ore peregrino immaturis iudicijs placentia, sed quae magis propria, & ore nativo matu-
ris grata; quae non confusa, sed ordine congruo digesta; quid hoc Opere pulchrius, in quo pro-
prietas in verbis, opportunitas in dictis, pondus in sententijs, maecitas in sensibus eminet? Si
ordinata, non quae casu cadentia; sed quae sedulo suis coaptata locis; non quae inventa in transitu
placent, sed quae iudicium probavit, & probata disposuit, nam (ut optime Philo aiebat) *neque*
la ipse per se, sed qui cum arte collocatur, laudem meretur: perpende totius Operis symmetriam, &
& miraberis in tam vasto corpore sic apta compositione membra, ut mentis oculis rapiant & de-
lectent. Nihil in eo multitudo rerum dissonum, nihil parit confusum; imò sic fisci amice occurrunt,
& se mucuò illustant, & irradiant aurea dicta & crebrae sententiae; ut non incongruè possit hic
usurpari illud Manilij.

*Haud quicquam in tanta magis est mirabile mole;
Quam ratio, & certis quod legibus omnia parent.
Nusquam turba nocet, nihil bis in partibus errat.*

Amico federe in hoc Opere copulantur pulchritudo & gratia cum nervis & efficacia ad persuaden-
dum: est enim simul validum, robustum, nervosum; non flaccidum, muliebri ac molle; sed
quod simul oleat inter flores polioris Minervae, militiam, laborem, virum; ut possimus de nostro
Auctore proferre, quod de militibus Caesaris quidam: *Etiam unguentatos bene pugnare.*

Unde consequenter est opus acre; sed quod dum in loca moralia sacri Textus incidit (quod in
Didascalij frequenter accidit) vi suavissima legentium voluntates domat, & rapit in obsequium
virtutis, quam suadere conatur: dum in vitia invehitur, fulgurat, tonat, & terret.

Sublime, & ad vivum referens Auctoris indolem: nam ut bene Quintilianus, *neminem excessu*
ingenij virum humilis delectant ac fordida: magnarum enim rerum species ad se vocat, & extollit.
Unde in hoc Opere nil humile, vel humi repens, nihil mediocre facile reperies; cum tamen nihil
omiserit sensorum sublimium, rationum & sententiarum nullum pondus; adeo ut non possis, etsi
coneris, ex tanta rerum aequalium copia aliquid singulare decerpere: quocumque miseris oculis, id
tibi occurret, quod eminere possit, ni inter paria legeretur. Nihil in eo est, quod mirari non debe-
res, nisi universa Operis facies admirationem singulis praoccupasset.

Varium: quia in subiecto Opere nobis apponit sapientia Auctoris mensam omnigenam erudi-
tione refertam, à qua prouide procul fastidium & nausea; quia ut in honestis convivijs assolet,
praeter solidos & necessarios cibos, excitamenta & bellaria in mensas inferuntur ad lenocinium mo-
derate & concessa voluptatis: sic eruditissimus Auctor, praeter Sacrarum Literarum solidam & neces-
sariam doctrinam, & SS. Patrum sententias, quas continuo tenore legentibus tradit, apponit Philo-
sophorum, Oratorum & Poetarum floridiora loca, ut huic mensae assidentes, quò magis edunt, ma-
gis dapes tanto labore & arte conditas appetant, iuxta illud Gellij: *Dum libentissime edis, tunc au-*

Seneca. de
Traqu. c. 8.

Plin. lib. 42
Epist. 20. de
Lib. Nonnij
Max.

Phil. Tract.
Quod. detra.
pictori in-
sid.

Man. Astro.

Suet. in Jul.
Caes.

Quint. Dial.
de Eloquent.